

Recognitio Sandivogii super 450. marcas, à Sbi:
luto episcopo Wladislaviensi mutuo acceptas.

49
Nos Sandivogius capitaneus Juvenis Wladisla:
via nec non heres de Subino recognoscimus per
presentes, à venerabili in Christo patre domino
Sbiluto episcopo Wladislaviensis ecclesie quadring:
entas marcas Thoruniensis monete cum quingua:
ginta maris recepisse, quam pecuniam in Tirlin:
gis medijs Scotensibus à discreto viro Sanguewo
canonico Crusviciensi et notario dicti domini Sbi:
luti Wladislaviensis episcopi recepimus numerat:
tam. In cuius rei testimonium nostrum sigil:
lum presentibus est appensum. Datum in Gnew:
kow die octava mensis Augusti, anno Domini mil:
lesimo trecentesimo sexagesimo quinto. Presenti:
bus nobilibus ac discretis viris domino Mathia
subcamerario Juvenis Wladislavia, Obolito sub:
camerarij Kalissiensis heredis de Wappo filio, et
Nicolao advocato Gnewkoviensi, cum ceteris fide
dignis.

